Presentib⁹ et futuris notum sit ac manifestum. quod Ego ALDEFONSUS DEI GRA Rex Castelle et
Toleti. una cum uxore mea Alienor Regina. et cum filio meo Ferrando. dono et concedo uobis concilio
toletano presenti et futuro. ducentos morbos annuatim in perpetuum percipiendos. de portatico porte de bebsagra.
quos expendatis in fabrica et reparatione murorum et turrium uille uestre. et in ceteris structuris clausure uille uestre necessariis.
et ille qui redditus regales portatici predicte porte de bebsacra de manu regis tenuerit. persoluat uobis uno quoque anno ducen-
tos morbos in perpetuum de primis morbis quos inde perceperit. Si quis uero hanc cartam infringere presumpserit. iram dei omnipotentis
plenarie incurrat. et insuper regie parti mille morbos in coto persoluat. et dampnum quod uobis intulerit. duplatum
restituat. Facta carta in laguniellas Era. M.CC.XXX.IIII.IIII. kalendas aprilis. Et ego rex. A. regnans in Castella et Toleto.
hanc cartam quam fieri iussi. roboro et confirmo. Martinus toletane sedis archiepiscopus et hispaniarum primas confirmat;

Gonzalus	Secobien	epc.	Gonzalus	nunez.	
Aldricus	palentinus	epc.	Aluarus	nunez.	
Marinus	burgen	epc.	Egidius	gomez.	
Martinus	oxomen	epc.	Gonzalus	roiz.	
Jacobus	abulen	epc.	Alfonsus	tellez.	
Johs	cochen	epc.	Garsias	ortiz.	
Comes	Petrus		Vmudus	petri.	
Comes	Ferrandus		Rodericus petri maior minus regis.		

Didacus garsie de lerma maiordomus curie regis confirmat. Didacus lupi de faro regis assessor confirmat.

Didaco garsie existente cancellario. Magister Mica domini regis notarius scripsit;